



Policratici Contenta

Johannes <von Salisbury, Bischof>

Parrhisius, 1513

Ca. vii. De peregrinatione fidelium quos sub ea te[m]pestate seruauit
christus apud pella[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70332)



Vem vero tanta calamitas inuenerit exitū eodē auctore per paucis adnectam. Colligens enim supradictus hystoriographus omnem numerum peremptorium: vel fame: vel ferro: vndecies centena milia designauit. Ceteros vero latrones vel ficarios ac predones: post vrbis excidium mutuis interuisse declarauit vulneribus. Electos autem quosq; iuuenum quos decor corporis & proceritas commendabat: ad triumphum dicit esse reſeruatos. Reliquos autem qui supra. xvii. annos agebant etatis: vinctos ad opera egypti: per metalla destinatos: vel per ceteras prouincias esse diſperſos. Alii quidem vt ad ludos gladiatorios. Alii vt ad bestias traderentur. Si qui vero intra septimum & decimum etatis reſerti ſunt annum: per diuerſas prouincias in ſeruitutem diſtrahi iuſſi ſunt: quorum numerus vsq; ad nonaginta milia perductus eſt. Hec vero omnia geſta ſunt ſecundo anno veſpaſiani imperii iuxta ea que ipſe dominus et ſaluator noſter ieſus chriſtus preſiderat: quippe cum ea que gerenda erant tanq̄ preſentia videret. Tūc cum ſc̄m euangeliorum fidem videns ciuitatem fleuit ſuper eam: et velut in auribus eius prolocutus eſt hec verba. Si agnouiffes inquit et tu in hac die que ad pacem tibi ſunt: nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis: quia venient in te dies & circumdabunt te inimici tui vallo: & circumdabunt te: & perurſgebunt te vndiq;: & ad ſolū redigent te: & filios tuos in te. ¶ In hunc modum q̄ plurima diuine cōmonitionis tonitrua publice induratis auribus reſonabant quouſq; ſanguis iuſtorum: ſed & ipſius iuſti ſingularis & vnici qui ab impiis inique effuſus ē: iuſto dei iudicio quereretur. Attriti ſunt ergo plagis/bellis ſtrati & a patriis ſedibus diuine indignationis exciſi turbine: vt in vrbe glorioſiſſima: ne lapis ſuper lapidem remaneret: fuitq; populi indurati & quouis lapide durioris tribulatio tanta quanta non fuit ex quo gentes eſſe ceperunt vsq; ad diem hanc

¶ De peregrinatione fidelium quos ſub ea tempeſtate ſeruaſuit chriſtus apud pellam. Capitulum. VIII.

¶ Eccleſia vero que fuerat hieroſolomis cōgregata diuinitus tranſire iuſſa eſt trans iordanē ad oppidū quoddam nomine pellam quo ablatis ex vrbe cultoribus dei celefti fieret vindicte locus que ī vrbe gētemq; ſacrilegam fuerat exercenda. Quod & Eusebius ceſarienſis in eccleſiaſtica byſtoria plenius reſert.

Undecies centena milia fame vel ferro perierunt. Reſeruati ad triumphum.

Deſtinati ad metalla.

Deſtinati ad bestias.

Deſtinati in ſeruitutem.

Beſta hec ſūt ſc̄do anno imperij veſpaſiani.

Luce. xix.

Xpi verba ſupra ciuitatē.

Actu. ii.

Eusebius ceſarienſis.